Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



52

ioseph abheli nec sic nos hoc uerbum perturbare deberet. Ut
aliud crederemus quam a uno euangelista ignoratum ab
altero adoptatum patrem fuisse commemoratum. Neq:
enim absurde quis quod dicitur non carnis sed caritate ge
nuisse quae filium sibi adoptauerit aut uero etiam nos
quib; dedit potestatem filium eius fieri de natura atq:
substantia sua nos genuit sicut unicum filium. sed uiuiq:
dilectione adoptauit quo uerbo apostolus sepe uti non
ob aliud intellegitur nisi ad discernendum unigenitum
ante omnem creaturam p quem facta sunt omnia. qui
solus de substantia patris natus est. secm aequalitatem
diuinitatis. hoc omnino quod pater quem missum dicit
ad suscipiendum carnem. ex illo genere quo et nos
secm naturam nrm sumus ut illo participante mortali
tatem nrm p dilectionem nos efficeret participes di
uinitatis sicut p adoptionem ita enim dicit. Cum autem
uenit plenitudo temporis. misit dr filium suum factu
ex mulliere factum sub lege. ut eos qui sub lege erant
redimeret. ut adoptionem filiorum recipiamus. &
tamen dicimur etiam nati ex dō. Idest accepta potestate
ut filii eius efficiamur. quia non homines erimus.
Efficiamur autem p gratiam. non p naturam. Nam si p
naturam filii essemus. Numquam aliud fuissemus.
Cum enim dixisset iohannis. dedit eis potestatem filios di
fieri his qui credunt in nomine eius. sequitur ait. qui
non ex sanguinibus neque ex uoluntate carnis neq: ex uo
luptate uiri. sed ex dō nati sunt. Ita quos dixit accepta
potestate factos di filios quod illa adoptio significat
quā paulus commemorat. eosdem dixit natos ex dō atq:
ut apertius ostenderet quaenam facta sit. et uerbum
in quid caro factum est. et habitauit in nobis. tamquam
diceret. Quid mirum si filii di facti sunt cum caro esset.